



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Litigans iudicialiter pro temporabibus quadrupliciter peccare potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

tristandi hominem contradicendo. Vel materialiter, hoc est absque huiusmodi intentione. Et utroque modo est peccatum: quia contra rectam rationem exigentem hominem debere conuertari delectabiliter ut decet. Et communiter est peccatum veniale, propter paruitatem nocimenti intenti seu subsequenti: nam huiusmodi tristitia minimum quid est. Si tamē intenderet aliquis confundere hominem, aut contempnibilem reddere per huiusmodi contradictiones, esset peccatum mortale propter notabile proximi nocimentum.

Litigans iudicialiter pro temporalibus quadrupliciter peccare potest.

Litigare in iudicio pro temporalibus rebus sibi iniuste dicitur, ut quotidie fit, peccatum est quadrupliciter. Primo ex irrationabili causa: puta si ex cupiditate seu auaritia aut pertinacia quadam vel opprimendi aut molestandi causa litigatur. Secundo, ex modo personali si contentione & quasi inimicè, non colloquendo &c. litigatur. Tertio, ex modo iudiciali: si fraudulenter, si peruerse producendo, probando prorogando, &c. litigatur. Quarto ex scandalo pusillorum, ut contingit quando frater contra fratrem, aut religiosi contra laicos grauatos filiis & filiabus, seu alijs indigentes, &c. quibus deberent donare, litigant. Deberent enim præpositi proponere capitulo, & cum capituli consilio blanda charitate aut donare, aut differre in pinguiorem fortunam (hæc enim est vera fides boni dispensatoris rerum Christi) & non scandalizare mundum litibus, quasi suffocando debitorem (redde quod debes) prætexu Ecclesiæ, quasi Christus non habeat unde aliunde cultores suos pascat.

Ludus dupliciter consideratur.

Ludere